

M. T. C I C E R O N I S

SOMNIUM SCIPIONIS,

Ex libro de repub. sexto.



400624006
Vum in Africam uenissem, Anitio Manilio Cos. ad quam legionem tribunus, ut scitis, militū: nihil mihi potius fuit, quam ut Masinissā conuenirem, regem familie nostrae iustis de causis amicissimū. Ad quē ut ueni cōplexus me senex, collacrymauit, aliquantūq; post suscepit in caelū. Et grates, inquit, tibi ago summe Sol, uobisq; reliqui coelites, qui antequā ex hac uita migro, conspicio in meo regno, & his testis P. Cornelium Scipionem, cuius ego nomine ipse recreor. itaq; nunquam ex animo meo discedit illius optimi atque inuictissimi uiri memoria. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra repub. percōtatus est: multisq; uerbis ultro citroq; habitis, ille nobis est cōsūptus dies. Post autē apparatu regio accepti, sermonē in multā noctē produximus, quū senex nihil nisi de Africano loqueretur, omniaq; eius nō facta solū, sed et dicta meminisset. Deinde ut cubitū discessimus, me et fessū de uia, & qui ad multam noctē uigilasse, arctior quam solebat somnus cōplexus est. Hic mihi (credo equidē ex hoc quod eramus locuti. fit n. ferē ut cogitationes sermonesq; nostri pariāt aliquid in sōno tale, quale de Homero scribit Ennius de quo uidelicet saepissimē uigilans solebat cogitare & loqui) Africanus se ostendit ea forma, quae mihi ex ima